MARCUS POLUS. IOHANNES PRESBYTER. LUDOLPHUS DE SUDHEIM
15. Jh. Seite 80r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster



in presentem diem Item in Rodo multe sunt reliquie
venerande inter quas est crux erea que de pel
vi exqua xpus discipulorum lavit pedes creditur
esse sancta et cera ipsi impressa in mari multum valet
contra tempestates Hec crux et alie reliquie vene
rande quas habent erant quondam templariorum
quorum etiam ibidem fratres habent bona et castra De
aliis Rodi nobilibus et fratrum victoriis longum esset
enarrare De cypro De Rodo navigatur in Cyprum
nobilissima famosissima ac ditissima omnibus
maris insulis incomparabilis et omni bonorum preparatis
fertilissima Primo a Japhet filio noe inhabitata
ut legitur super omnes alias terras secundum quantitatem ex
cellentissima et omnibus civitatibus maritimis scilicet egip
ti Surie armenie et turchie ac grecie ac
Singulo circumcincta Inter cyprum et has omnes per
mare ad maius in distantia non est una dieta
ut postea audietis Hec gloriosa insula quondam
fuit templariorum et ipsam regi iherusalem vendi
derunt et terra sancta et Acron perdita et devastata
rex iherusalem principes et nobiles et barones
regnum ierusalem in cyprum transtulerunt et ibidem ha
bitaverunt et manserunt in presentem diem et per hunc
modum Cyprum est sanctum regnum In Cypro tres